

A primis vesperis Omnium Sanctorum inclusive omnibus diebus festis in populo aliisque majoribus festivitatibus canonici sacerdotes utentur rochetis sub cappis pelliceis ad summam missam et horam seu horas, quae illam immediate praecedunt et horam quae eandem subsequitur, sicut et ad vespas.

Caeteris vero diebus omnes horae (nona et completorio exceptis) cum palliis hiemalibus laneis et caputio persolventur.

A dominica vero Resurrectionis usque ad praefatum festum, sub iisdem, ut in hieme, officiis assumant superpellicea cum almutiis.

Omnes conventuales, in conventu existentes, semper sint in toga talari, sutanea, scapulari et cingulo, quo et in habitu persolventur in aestate omnes horae, diebus suprapositis exceptis quoad missam et vespas.

Omnes tam interni quam externi extra conventum existentes, sub laxis vestibus superioribus sutanam itidem laxam et scapulare cingulo cinctum inviolabiliter gestent; qui secus fecerint, debite corrigantur.

F. Joannes Baptista
Abbas Grimbergensis
et Vicarius Generalis.

Original muni du sceau de l'abbé J. B. Sophie. Archives de Tongerlo. Dossier : *Abbeyes*.

* * *

EINE URKUNDE FÜR DAS KLOSTER FRAUENWALD. — 1323, 16 AUG. —:-

Herr Pastor Johannes Lehmann aus Frauenwald in Thüringen hatte die Liebenswürdigkeit, mir nach einer Photographie die Abschrift der im Staatsarchive in Magdeburg unter Sign. Henneberg. C 5, Nr. 211 erliegenden Urkunde zu übersenden. Ebendort erliegt auch eine deutsche Urkunde aus dem Jahre 1378. In einem Ablassbriefe vom Jahre 1512 (siehe : *Schriften des Hennebergischen Geschichtsvereines*, 1912, Nr. 5) heisst Fr. « capella beate Marie virginis, sancte Anne, Trium regum et sancti Nicolai zu den Frawen appellata. » Rentwigheshusen heisst heute Rentwertshausen und liegt 14 km. von Meiningen an der Bahnlinie Meiningen-Würzburg. Ouwestat heisst Aubstadt und liegt weiter südlich, etwa 20 km. östlich von Neustadt an der Saale, das an der gleichen Bahnlinie

liegt. Hinternach ist ganz nach von Fr. noch vor Schleusingen. Aus Hinternach standen dem Pfarrer von Fr. noch im letzten Jahrhundert Getreideabgaben zu. Nach den wenigen Angaben, die wir haben, ist Fr. von Vessra gegründet, dorthin gehen die einzigen Zusammenhänge, die sich nachweisen lassen. Kloster Vessra liegt von Fr. etwa 30 Eisenbahn-Kilometer entfernt.

Nos / Siffridus divina permissione praepositus — Prior / Totusque Conventus Ecclesiae Sanctae Mariae in Vescera ordinis praemonstratensis / Recognoscimus praesens scriptum intuentibus universis praesentibus et futuris / Ecclesiam Sancti Nycolai in nemore / et collegium monialium eiusdem ordinis praemonstratensis / ibidem deo famulantium omni iurisdictione ad nostram ecclesiam / sub « Regulae » rigore / sancti Augustini / respectum habentium / Duos mansos / videlicet unum in Ouwestat / reliquum vero in Rentwighusen situm / a domino Hermann piae recordationis dictae nostrae Ecclesiae quondam praeposito / pro decem et septem marcis albi argenti quondam emisse et multis annorum temporibus in plena possessione habuisse. Quam etiam pecuniam scimus receptam / et in necessarios usus praedictae nostrae Ecclesiae fideliter conversam. Quorum quidem mansorum praedictorum unum scilicet situm in Ouwestat / denuo nobis comparavimus / monialibus eisdem alia bona sita in Hinternahe aequivalentia / per modum concambii / maturo consilio / ut eorundem bonorum instrumentum recitat / in recompensam assignantes. Reliquum vero mansum in dicta villa Rentwighusen / et rure situm / solventem annuatim duodecim mald. — siliginis. Quatuor mald. — avenae / Melrichstadensis mensurae. In festo Paschae sexaginta ova. In festo Pentecostes sex caseos sol- hallm- valentes. In Nativitate domini totidem eiusdem valoris. Et in carnisprivio unum pullum / in annuis redditibus ut praedictum est solventem. Recognoscimus / recognitione qua supra, ut quemadmodum dictae moniales / ipsum mansum in Rentwighusen situm / cum censu praenotato / a nostrorum hactenus antecessorum tempore possederunt / ita / et omni sine impedimento / nunc licite / et usque in perpetuum libere debebunt possidere. Censum / insuper / praescriptum colonus / aut « eiusdem mansi mansionarius » ad ecclesiam Sancti Nycolai in nemore praedictam / annis singulis tenebitur praesentare. Unam quoque vecturam vini idem colonus ducere tenebitur / occasione qualibet procul mota. Huic etiam manso / et omnibus iuribus suprascriptis / nobis quondam / nostris ut antecessoribus competen-

tibus / praesentibus resignamus ipsa in manus dominarum saepe-dictarum dicti collegii rite et rationabiliter transferentes. In quorum evidentiam / praesens voluimus scriptum / sigillorum nostrorum munimine firmiter roborari. Datum Anno domini. M^o CCC^o. vicesimo Tertio / in crastino beatae Mariae virginis coelos assumptae.

Aus dem Magdeburger Archiv.

A. STARA, O. Praem.

* * *

CONTRIBUTION DE LA CIRCARIE DE
BRABANT A L'AIDE GOUVERNEMENTALE
CONTRE LE TURC. 1737. -:- -:-

A la suite de l'imposition d'une aide « volontaire » à toutes les institutions religieuses des Pays-Bas autrichiens, pour subvenir aux frais de la guerre de l'Empereur contre les Turcs, l'abbé de Tongerlo, Joseph Vander Achter, comme Vicaire général de l'Ordre pour le Brabant, s'accorda avec les autres abbés de la circonscription pour réunir une somme assez appréciable et conserver par là les faveurs gouvernementales.

Nous faisons suivre les deux documents qui ont trait à cette affaire.

Tongerloo.

A. ERENS.

I.

Quote-part de chaque abbaye dans l'aide de 1737.

Quota pecuniaria quam singuli abbates et conventus monialium de Circaria Brabantiae, Ordinis Praemonstratensis offerunt Sacrae Suae Majestati Caesareae pro dono voluntario contra Turcam.

Abbas Tongerloensis dictae Circariae, Vicarius Generalis ut coabates suos ad largam contributionem animaret exemplo, propriae quasi impossibilitatis oblitus, obtulit et offert quatuor millia florenorum

Abbas Sti Michaelis Antverpiae	4000
Abbas Grimbergensis	2800
Abbas Parchensis	2800
Abbas Averbodiensis	3000
Abbas Diligemensis	800